

trigesimus primus

CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER. XXXI.
PROOEMIUM

Medicinae ex aquatilitatibus. Aquarum mirabilia. Cap. i.

Aquatilium sequuntur in medicina beneficia: opifice natura ne in illis quidē cessāter: & pe undas fluctusq; ac reciprocos aestus anniumq; rapidos cursus in improbas exerente vires. Nusq; potentia maiore: si ue: fateri uolumus. Quippe hoc elementū ceteris oibus imperat. Terras deuorat aqua. Flāmas necant. Scandunt in sublime: & cælū quoq; sibi uendicant. Ac nubium obtentu uitalē spiritū stranguant. Quae cā fulmina edidit: ipso secū discordante mūdo. Quid esse mirabilius pōt aquis in cælo stantibus. At illae ceu pagae sit in tantā peruenire altitudinē rapiunt eo secū piscium examina. Saepē etiā lapides subeunt portantes aliena pōdera. Eadē cadētes oīum terra nascentiū causa sūt: prorsus mirabili natura. Si qs uelit reputare ut fruges gignant arbores fruticesq; uiuant in celū migrare aquas animāq; etiā hārbis uitalē inde deferre uicta cōfessione. Omnis quoq; terrae vires aquae esse beneficii. Quapropter ante omnia ipsarum potentiae exempla ponemus. Cūctas enim quis mortalium enumerare queat.

De differentia aquarum medicinis: & obseruationibus. cc. lxxvi. Cap. ii.

Micant benigne passimq; in plurimis terris albi frigidae: albi calidae: albi inunctae: sicut i tarbellis aquitana gente. Exin in pyreneis montibus tenui interuallo discernēte. Alibi tepidae gelidaeq; auxilia morboꝝ conferentes. Et e cunctis animalium hoīum tantū causa erūpentes. Augent numeꝝ deorū noibus uariis urbēsq; condunt: sicut puteolos in cāpania. Statielas in liguria: Sestias in narbonensi puincia. Nusq; tamen largius quā in baiano sinu: nec pluribus auxiliādi generibus: aliae sulphuris: aliae aluminis: aliae salis: aliae nitri: aliae bituminis: nōnulla ēt acida salsaue mixtura. Vapore quoq; ipso aliqua p̄sunt. Tantaq; eis est uis ut balneas calefaciāt: ac frigidā etiā in solis seruore cogant quae in baiano possideant uocantur noīe accepto a claudii Cæsaris libero. Obsonia quoq; p̄coquunt. Vaporāt & in mari ipso quae Licinii Crassi fuere. Mediosq; inter fluctus existit aliqd ualitudinē salutare. Iam generatim neruis p̄sunt pedibusue aut coxēdicibus: aliae luxatis fractisue. Inaeniunt. aluos. Sanant ulcera. Capiti auribusq; priuatim medent. Oculis uero ciceronianae. Digna memoratū uilla ē ab auerno lacu puteolos tendētibus iposita littori: celebrata porticu ac nemore. Quā & uocabat. M. Ci. academiā ab exēplo athenae: ubi cōpositis uoluminib⁹ eisdē noibus. In q̄ & monumentū sibi instaurauerat. Ceu uero nō & in toto terrae orbe fecisset. Huius in pte prima exiguo post obitū ipsius. Antistio uetere possidēte erumperūt fōtes calidi perquā salubres oculis celebrati carmine Laureae Tulli qui fuit e liberis eius. Ut p̄tinus noscat etiā ministeriū eius haustus ex illa maiestate. ponam enim ipsum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romana uindex clarissime linguae

Silua loco melius surgere iussa uiret.

Atq; academiā celebratam nomine uillam

Nunc reparat cultu sub potiore uetus.

Hic etiam apparent lymphae non ante repertae.

Languida quae infuso lumina rore leuant.

Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori

Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.

Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem:

Sint plures oculis quae medeantur aquae.

In eadem campaniae regione sinuessanae aquae sterilitate foeminarū & uirorum insaniam abolere p̄-

duntur. In aenaria insula calculosis mederi. Et quae uocatur acidula ab teano sidicino quattuor milibus

passuū frigida. Item in stabiano quae dimidia uocatur: & in uenafrano ex fonte acidulo. Idē cōtingit

in uelino lacu potantibus. item in syriae fonte iuxta taurum montē. Auctor est. M. Varro. Et in phry-

gie gallo flumino Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus: ne lymphatos agat. Quod i

aethiopia accidere his qui e fonte rubro biberint Ctesias scribit. iuxta romā albule aq̄ uulnerib⁹ medē

tur. praegelide ea. Sed subcutile in sabinis gelidissime suctu quodā corpora inuadūt: ut p̄pe morsus

uideri possit. Aptissime stomacho: neruis: uniuerso corpori. Thespieorū fons cōceptus mulieribus re

presentat. Item in arcadia flumen elatum. Custodit autem partū linus. fons in eadem arcadia abortus

fieri non patitur. E diuerso in pyrha flumen quod aphrodisiū uocatur. sterilis facit. Lacus Amphion

Am-
phrysū

E